

prædicta jura. Quod limita, & intellige notabiliter, præterquã in quilibet sequentibus. **Primo** nisi in limine contractus imminet evictio, & appareat aliena, ut quia facta, & perfecta venditione, ante pretium solutum ab emptore fuerit mota, & quæstio super illa re vendita: quia tunc, licet proles non agat emptor de evictione, quia adhuc res non est evicta: tamen poterit pretium retinere donec sibi idonee caveatur, quia dicitur pro evictione rei, textus est formalis & expressus in leg. si post factum, c. od. de evictione, & ibi G. off. ordinaria Odofred. Pet. Cynus, Jacob. Alberic. Bart. Bald. Salycet, textus in leg. penult. §. fin. ff. de peric. & commod. rei vendit. cujus verba sunt: *Ante pretium solutum domini, quæstio est, an pretium emptor solvere cogatur, nisi si quis prior idoneus a venditore ejus evictionis nomine offeratur, & ibi Glossa ordinaria, & per ista jura ita tenet, & declarat Azo in summa, Cod. evictio. secunda col. numero 8. & Bald. in leg. non idcirco, C. contrahend. emp. Imola, in cap. fin. de emp. & vendit. ante penult. colum. num. 23. & communiter Doctores. Unum est, quod hæc casu, si possit constare de fraude, quod ad instantiam emptoris est sibi mota, non poterit retinere pretium. Unde ut talis fraus evitetur, consilium optimum est, quod emptor, & ille tertius, qui litem moverent, jurent quod nulla fraus est commissa argumento text. in l. 2. C. de pos. & in l. 1. C. de bon. mater. & in leg. eos. C. de usur. & utrobique Doctores, & in terminis ita tenet & declarat Bart. in d. l. si post perfectam, c. de evictio. & ibi Salycet. & Bald. & alii Doctores in leg. idcirco, Cod. de contrahend. emp. **Secundo** limita & intellige, præterquam si venditor sciente vendidit rem alienam: quia tunc quocumque tempore potest emptor agere de evictione, antequam res ab eo evincatur, vel moveatur sibi litem, text. est singularis & unicus in leg. servus, §. sciens, ff. de action. emp. & ibi ad hoc notat & commendat Bartol. & communiter Doctores, & reputat ibi singularem & unicum Paul. de Cast. & illum text. ad hoc reputat etiam singularem & unicum Bald. in leg. libera, Cod. de sent. & inter loc. omn. judic. fin. colum. n. 13. Salycet. in l. 1. de evict. Paul. de Cast. in leg. Aristo, §. fin. ff. de donat. Roman. in leg. non solum, l. morte, ff. de novi oper. n. 1. colum. in fin. illud etiam ad hoc notat & commendat Bart. in leg. atque natura, §. cum me absente, in fin. ff. de neg. gest. & ante omnes Azo. in summa litem tit. 3. colum. & illum etiam text. ad hoc reputat singularem & unicum Glossa in leg. 17. tit. 10. lib. 3. for. II. in gloss. mag. 2. colum. in medio. Advertendum tamen quod hoc casu proprie non agitur de evictione, sed tantum emptor, à quo res est evicta, poterit agere ad interesse, ratione doli venditoris: quia forte volebat emptor rem vendere, vel obligare, & non reperiebat, qui secum vellet contrahere, quia res erat aliena: & ita tenent, & declarant Doctores, ubi supra. Item adde, quod ad hoc, ut emptor, vel ille à quo est res evicta, possit agere de evictione venditori, vel auctori suo, oportet litem esse motam ut assistat liti, & veniat defendendum, textus est in leg. emptor. Cod. de evictio. & ibi Glossa ordinaria, text. in leg. si controversia, eodem tituli, text. in leg. empti alio eodem tituli, text. in leg. 1. C. de peric. & commod. rei vendit. textus in l. 1. Cod. ubi in rem actio, textus in leg. si libera, C. de sentent. & inter loc. omn. judic. textus in leg. si rem quam, vers. fin. ff. de evictio. textus in leg. si ab emptore eodem tituli, textus in cap. fin. de emp. & vendit.*

& idem disponit l. 33. tituli. 5. §. part. & l. 7. tit. 10. for. II. lib. 3. Et adde, quod requiritur, quod minatur copia libelli in publica forma ut venditor, vel auctor reddatur bene certus de lite mota, argumento prædictorum jurium, & in terminis ita tenet Bart. in leg. non solum §. morte, ff. de novi oper. n. 1. colum. n. 48. & ibi Joan. de Imol. 4. colum. vers. Item circa. Alex. 3. 2. colum. num. 41. Jaf. 20. colum. n. 38. idem Bart. in d. l. empti alio, c. od. de evict. Anton. Imol. in l. in executione, §. in solidum, ff. de verb. obligat. idem Anr. & alii Doctores in l. cum ex causa, eod. tituli, tenet etiam Glossa in leg. 7. tituli. 10. lib. 3. Pro qua sententia & conclusione facit textus notabilis & ejus regula in leg. nomen, C. qua res pign. obligat. ubi probatur, quod quando quis agit contra debitorem alterius, virtute excessionis, delegacionis, hypothecæ, vel alterius juris, vel ei vult denunciare, vel protestari, ne solvat suo creditori, debet ei ostendere, legere, vel dimittere copiam instrumenti excessionis, delegacionis, vel juris sui: quem ad hoc ponderat Bart. in dicit. leg. non solum §. morte, ff. de novi oper. n. 1. colum. num. 35. & super eo communiter. Moderni, idem Bart. in leg. si quis inficiatur, ff. de pos. Idem Bart. in leg. fin. ff. de leg. commiss. Idem Bart. in leg. quod re mihi, penult. colum. ff. si cert. per. Idem Bart. in leg. si ex legati causa, in fin. infra ista tituli. de verb. obligat. Advertendum, quod licet in totum servarem prædictam opinionem Bartoli & communem, in prædicta tamen non videtur de jure necessaria, quia nullo jure probatur. Quia jura prædicta tantum requirunt, quod fiat denunciatio litis mota, unde ego crederem quod in puncto juris sufficeret, quod fiat denunciatio, licet aliud omittatur, non admitteret denunciator jus evictionis, & in terminis ita tenet Roman. in d. §. morte colum. 3. in med. ponderando Glossam quam dicit singularem in eodem causam, de elect. in gloss. fin. Angel. de Perul. in leg. emptor, Cod. de evict. dicens, quod ita servatur de consuetudine. Sed pro concordia, dic, quod prima opinio communis procedat, quando denunciatio fieret aperte sine judicis auctoritate. Secunda vero opinio Angel. procedat, quando fieret eam judicis auctoritate, ita Alexand. in leg. executione, §. in solidum, ff. de verb. obligat. Et adde, quod mortuo venditore, vel auctore, talis denunciatio debet fieri omnibus hæredibus ejus. Nec sufficeret quod uni fiat denunciatio, quia alii non tenerentur, & de evicta, unusquisque tenetur de evictione pro parte hæreditaria, text. in leg. executione, §. in solidum, ff. de verb. oblig. & ibi Bart. & communis opinio, textus in leg. si rem, ff. de evict. Item adde, quod talis denunciatio debet fieri in presentia venditoris, vel auctoris, si potest haberi: aliàs autem, si non inveniat, oportet quod emptor vadat ad domum ejus, & inquirat, ubi est, & coram vicinis & eo non reperto, faciat hoc scribi in actis, & habeatur pro denunciatio, quod si possit constare quod ipse venditor vel auctor procuravit, ne sibi denunciatur, non requiritur aliqua denunciatio, vel diligentia. Ita probat text. notabilis in leg. si dictum fuerit, §. fin. vers. simili modo. Item quarto quo tempore debeat fieri ista denunciatio, in quo dico, quod debet fieri ante ipsam sententiam & antequam lis sit pronè sententia ferendam, textus est expressus, & notabilis in leg. si rem quam vers. fin. ff. de evict. Cujus verba sunt, Quolibet tempore venditori denunciari potest, ut de ea re agenda adit, quia non proficitur certis temporibus ea stipulatis, omnia tamen ne prope ipsa condensationem

tionem id fiat. Sed per hoc bene appareat de veritate hujus articuli & quod tempus dicatur propè sententiam. Unde pro perfecta declaratione dico quod denunciatio debet fieri ante publicationem testium, & ante conclusionem in causa, & similiter antequam transeat tempus exceptionis proponendæ, & probationis faciendæ, quia si postea fieret nunciatio, non posset venditor, vel auctor, rem defendere, nec jus suum in judicio proponere & probare, cum debeat assumere litem in statu quo erat. Ita tenet Glossa ordinaria valde notabilis quæ sic debet intelligi, & non aliter in d. l. si rem quam, vers. fin. Glossa finalis & ibi Odofred. bald. Angel. Salic. Fulgos. & ita tenet & declarat notabiliter Salycet. in leg. emptor. C. de evict. 2. colum. n. 1. & ibi Faber. Idem etiam tenet, & declarat Salyc. in l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit. fin. colum. 9. bald. in leg. libero, C. de sent. & inter loc. omn. judic. fin. col. num. 11. Bart. in l. au quis aliter, ff. quod vi, aut clam. Angel. in §. actionum de action. §. col. vers. quæro, venditur res; tenet etiam notabiliter Cardin. in cap. fin. de emp. & vend. 2. col. 2. quæst. 3. oppos. & ibi Anchar. 2. colum. 3. oppos. & ante eos Ant. de Butr. 1. colum. Pro qua sententia, & conclusione considero notabilem leg. par. 6. tit. 5. §. part. Ex quo inferitur, quod si in prima instantia non est facta denunciatio, poterit fieri in causa appellacionis, dummodo omnia sint integra & salva venditori vel auctori: quia possunt admitti exceptiones, & probationes super articulis in prima causa deductis; secus aliàs secundum prædictam Glossam & Doctores, ubi supra: Et confirmari potest ex textu & communis Doctrina in l. ita demum, C. de procurat. Item adde, quod in tantu requiritur ista denunciatio ut probat etiam si venditor vel auctor fuerit sciens, quod litem est mota: quia quando denunciatio non sit ad simplicem, scientiam sed ut venditor assistat causæ, & veniat ad defendendum. Ita probat textus in l. g. qui uxori, sancta leg. denuntiatio ff. de adult. per quam ita tenet ibi Bartol. idem Bart. in leg. non solum, §. morte, ff. de novi oper. n. 1. colum. num. 52. & ibi Alexand. 12. colum. numero 45. & ibi alii Moderni Idem Bart. in leg. 2. §. voluntatem in fin. ff. solut. matr. & ibi communiter Doctor. Idem Bart. in l. qui absente, ff. de procurat. Idem Bart. in leg. emptor, Cod. de evict. ibi Angel. Salycet. communiter Doctores. Aret. in §. alii num. Insit. de action. 10. colum. num. 19. tenet etiam Joan. Anton. But. Abbas, Imola Cardin. Anchar. & communiter Canonistæ in cap. fin. de emp. & vendit. Item adde, quod ista necessitas denunciandi potest remitti per venditorem, vel auctorem, & poterit emptor, vel ille à quo res est evicta, agere de evictione, licet non denunciaret litem ibi motam, textus est notabilis in l. Heremius, ff. de evictio. Cujus verba sunt: *Heremius, Modestinus respondit, non obesse emptori agenti, quod damnatio pro evictione interposita non esset, si pacto ei remissa esset denunciandi necessitas, & ibi ad hoc notant, & commendant Glossa ordinaria Odofr. bart. Ang. Salyc. Fulgos. & communiter Doctores, notat etiam, & commendat bald. in l. 1. Cod. de peric. & commod. rei vendit. fin. col. & ibi Salyc. 2. colum. 6. oppos. idem Salyc. in l. empt. C. de evict. 2. col. & ante eos Azo in summa illius tituli, fin. col. Host. Joan. Andr. & communiter Doctor. in cap. fin. de emp. & vendit. Montalvus in l. 7. tit. 10. l. 3. for. II. in gloss. mag. 1. col. facit etiam text. notabilis ejus regulæ in l. quaritur, vers. si venditor, ff. de ead. edict. ubi habetur, quod in contractu emptionis*

& venditionis potest fieri remissio inter partes etiam ejus, quod venit ex natura contractus, textus in leg. 1. §. si conveniat, ff. postit, textus in l. si ut certo, §. interdum ff. commod. text. expressus, & generalis, in l. contractus quidam, ff. de regul. ju. & ita hodie componitur per Tabellionis, & Notarios publicos instrumentum hujus contractus emptionis & venditionis, & certè est optimum consilium & valde utile, quod ita fiat & ponatur. Item etiam adde, quod quando esset notorium, quod sive emptor denunciaret sive non, emptor causam amisisset, habet regressum de evictione, licet non denunciavit, quia nihil profectus talis denunciatio, argumento text. in l. 2. §. occisorum, ff. ad Syllaniam, ubi habetur, quod toties puniendi sunt servi qui auxilium domino non prestiterunt, quoties poterunt ei adversus vim opem ferre, text. in leg. fin. §. 1. ff. ad leg. Ro. 1. de jar. ubi non tenetur quis de casu, etiam si culpa sua præcessit, quando talis casus evenisset, etiam culpa non interveniente, text. in leg. Si alius, §. est & alia, ff. quod vi aut clam: ubi si quis destruat domum vicini ne ignis ulterius pertranseat, non tenetur de damno, si talis domus ita esset peritura, licet non destrueret, textus in leg. Item si verberatus, §. fin. de rei vend. ubi si res à domino petita pereat casu fortuito in potestate rei conventi, liberatur, si eodem modo esset peritura penes dominum actorem. De quo vide Gloss. Bart. & communiter Doctores in l. g. quod re mihi, ff. si cert. perat. Gravatur tamen emptor hoc casu: quia tenetur probare rem esse alienam, & quod etiam denunciaret, succubisset, aliàs autem facta denunciacione, sufficit offendere sententiam, in qua fuit condemnatus, & in expresso ita tenet Roman. in leg. non solum, §. morte, ff. de novi oper. n. 1. colum. ibi Alexand. qui reputat hoc esse valde notabile, 12. colum. num. 46. Sed contrarium aperte tenet Bartol. in lege Aristo, §. fin. ff. de donat. Idem Bartol. in leg. qui natura, §. cum me absente, 1. colum. num. 4. ff. de negot. gest. Sed pro concordia dico quod si jus evincens sit adeo notorium, ut non possit aliqua probatione vel defensione enervari, non requiritur denunciatio, aliàs secus, Imò, quod magis est, teneo quod sic est notorium, rem esse alienam, taliter quod nulla defensione competere venditori vel auctori, possit emptor conventus antequam sit condemnatus per sententiam, rem restituere petitori. Ita probat textus in leg. emptorem, ff. de emp. dum tamen probet manifestè rem esse ejus, cui est restituta, & in terminis ita Glossa ordinaria in leg. si cum quæstio, Cod. de evictio. & ibi Petrus de Bellaper. Cyn. Alberic. Bald. Angel. & communiter alii Doct. Paul. de Cast. in leg. Et qui navarra, §. cum me absente ff. de neg. gest. & ibi Angel. & communiter Doct. Joan. de Imol. in cap. fin. de emp. & vendit. pen. col. v. 24. & ibi Anton. de But. 2. colum. Item, quod venditor, vel auctor, cui est facta prædicta denunciatio, non tenetur principaliter in se assumere litem motam, & expensas ministrare, sed ista incumbunt emptori, vel ei à quo res evincitur, nisi venditor, vel auctor ea expressè promittit: quia tunc præcisè cogitur, aliàs tenetur ad expensas litis, & totale interesse. Licet aliàs sit dubium, si ad eas teneatur, ut infra proximè dicitur, idèd ista clausula quotidie ponitur in instrumentis. Ita probat text. in leg. empti actio, C. de evict. ibi ubi assistant causamque instruant, & in expresso ita tenet Jacob. de Aret. in leg. damni inf. l. la ult. ff. de

dam. infest. Guillielm. in leg. 1. Cod. ubi in rem alio Angel. de hered. notabiliter in leg. qui abserrem. ff. de procurat. 2. column. numer. 3. Paul. ibi. 2. column. in princip. num. 4. & aperte vult Bald. ibi in finalibus verbis Paul. in leg. in execution. ff. de verb. obligat. 2. column. numero 8. Bald. in l. 1. Cod. de heredi. vel action. verid. 1. column. numero 2. Salycet. 2. column. num. 6. ponderando ibi Gloss. finale ad hoc, quam ipse reputat singularem Roman. ubi valde commendat in leg. hereditatem, in fin. ff. de donat. Item adde, quod venditor vel auctor (modò sit facta denuntiatio, modo non: item modò in contractu promissit defendere, & in se assumere litem, modo non,) potest, si vult comparere post litem motam emptori, eo casu quo tenetur de evictione, & assumere in se causam, & litem pro emptore, vel eo, à quo res evincitur absque aliquo mandato, pro suo proprio interesse. Ita probat text. notabilis in l. si parentes, C. de evictio. in princip. Cujus verba sunt: Si parentes vestri mancipia vendiderunt, & questio domini nota est, emptoribus adesse, ac defendere causam, non prohibemini, & ibi notat Pet. Bald. Angel. Salycet. & Alexand. in addit. ad Bald. tenet etiã idem Bald. in l. 1. C. de peric. & commod. rei vendic. fin. column. n. 10. Quod tamen intellige, quando compareret ante iudicium conceptum, cum emptore invito non posset. Ita probat text. notabilis in leg. sed si lege, §. item si rem distrahit: text. in leg. si mandato meo, §. 1. ff. de manum. text. in leg. Procurator ad exhibendum, §. 1. ff. rem rat. hab. text. in leg. plane, in princ. ff. famil. erise. & in expreso ita tenet, & declarat Ang. in leg. venditor ff. de iud. 1. column. n. 3. Paul. ibi Cyn. & communiter DD. in leg. 1. C. ubi in rem alio, & in d. leg. solutioem, ff. de solut. & in d. §. item si rem distrahit. Pro qua sententia & conclusionè est hodie expressa lex parit. 3. tit. 5. 5. part. Confirmatur per text. notabilem in autb. nunc. si heres, C. de litigiosis, ubi probatur, quod ubicumque interest aliquis, ex lite, vel causa contrahentium mota comparere in iudicio & assistere in causa pro suo interesse, ibi notat Jacob Bar. Bald. Ang. & communiter Doctores. Secundò per textum in l. 2. Cod. de accusat. ubi dominus pro suo interesse potest defendere servum criminaliter accusatum, & assistere cause, & ibi notant communiter Doctores. Tertio per textum juncta Gloss. in leg. si suspensa, in princip. ff. de inoffic. testamen. ubi si est timor collusionis inter heredes scriptos, & filium agentem querelã inofficiosi testamenti, possunt legatarii comparere in iudicio pro suo interesse, & assistere cause pro defensione testamenti, & ad hoc illum textum juncta Gloss. notabili commendat Bart. Baldus Angelus & Paulus. Adeo quod possunt procedere testes, instrumenta, & probationes, ut est ibi Gloss. singularis & unica secundum Bald. Angel. Paul. & Doctores, ibi. De quo ibi per eos, ubi vide alia fundamenta. In hoc tamen est differentia in nostro casu, & superioribus. In nostro casu venditor vel auctor, quia tenetur de evictione comparens pro suo interesse, potest omnimò & principaliter assumere in se totam litem, & causam: in aliis verò casibus non, sed tantum assistere liti, coadjuvare iustitiam partis convente. Quod tamen intellige, ut comparens debeat incipere litem in statu, quo erat inter actorem, & reum conventum, argumento text. singularis cap. 2. ver. fin. Ut lite pendente, lib. 6.

ubi expresse disponitur, quod quando quis comparat in iudicio pro interesse suo, tenetur suscipere causam in statu, quo erat tempore comparationis. Cujus verba sunt: Sanè si defensione ipsius liti aliqui, quorum intererit peticerint se admitti, eos in illo statu in quo ipsam invenierint, decernimus admittendos, & ad hoc illum text. notat & commendat ibi Gloss. ordinaria Anchar. Domin. & communiter Doctores, notat etiam & commendat Felin. in cap. cum super. de re iud. 6. col. n. 15. Advertendum tamen, quod in casibus, quibus potest comparere pro suo interesse, tenetur prius docere de iure suo & suo interesse, & sufficeret summa probatio. Ita Imol. in cap. veniens, l. 1. de testam. 2. column. n. 2. & ibi communiter Doctores, Felin. in d. cap. cum super. de re iud. in princ. Item adde, quod talis venditor, vel auctor cui est facta prædicta denuntiatio, si vult comparere, & assistere cause, vel eam in se assumere, tenetur litigare, & prosequi causam coram illo iudice coram quo lis est cepta, nec potest iurisdictionem declinare, licet habeat privilegium fori, text. est singularis in leg. venditori, ff. de iudic. & ibi Gloss. ordinaria, Bart. Bald. Angel. Paul. & communiter Doctores. Et decisio illius textus habet locum in clerico, venditore compatente, ubi Gloss. notabilis in cap. clericum nullus 1. quæst. 1. & ibi Doctores in cap. aliam, & vide omnino Paul. & Doctores in d. leg. venditor, & de iudic. Angelan. §. actionem, Insti. de action. 10. column. n. 19. Abbas in cap. fin. de empt. & vendit. 2. column. num. 8. & vide melius quam alibi in iure per Anton. de Butr. ibi 7. column. num. 16. per d. column. & vide expressam & absconditam legem decidentem quæstionem in leg. 5. tit. 6. in 1. part. Item adde quod nedum emptor, vel qui habet rem ex causa onerosa, potest agere de evictione, quando erat possessor, & ab eo res est evicta per sententiam, verum etiam quando ipse emptor cecidit à possessione, & petiit rem à possessore, vel detentore mediante rei venditione, vel Publiciana, & evictus est, quia possessor conventus fuit absolutus, quia tunc statim poterit agere de evictione contra venditorem vel actorem suum: textus est singularis in iure in leg. evicta re, ver. 1. ff. de evict. Cujus verba sunt: Dupla stipulatio committi dicitur tunc, cum res restituta est petitori, vel damnatus est in liti affirmatione vel possessore ab emptore conventus absolutus est, & ad hoc notat & commendat ibi Glossa ordinaria, Odofred. Bald. Angel. Salycet. Fulgos. Glossa etiam ordinaria in leg. Aristo, §. fin. in gloss. fin. de donat. & communiter Doctores. Glossa etiam ordinaria in leg. fin. Cod. de action. empt. in Gloss. fin. & ibi communiter Doctores: probat etiam textus in leg. qui abserrem, ff. de procur. & ibi Glossa ordinaria, Bart. Angel. Paul. Quod tamen notabiliter intellige, quando talis agendo succubuit in utroque remedio, scilicet rei vendicatione & Publiciana, modò separavit. Itaque si egit rei vendicatione, & succubuit, non poterit statim agere evictione, donec agat etiam Publiciana. Et si prius egit Publiciana, non poterit agere de evictione, donec agat etiam rei vindicatione. Et sic oportet, quod in utroque iudicio, & remedio succumbat, simul vel separavit intendendo. Ita probat textus in l. minor, §. si servus, ff. de evict. & ibi communiter Doctores, tenet etiam & commendat Bald. in leg. fin. C. de action. empt. & ibi Paul. Salycet. & communiter Doctores. Secundò intellige, quando emptor agens succumbet:

beret: quia reus conventus probavit rem esse suam. Secus verò, si ex eo quod non probavit, quia tunc potest agere de evictione contra venditorem vel actorem. Ita tenet Glossa ordinaria in d. leg. evicta, ver. 1. ff. de evict. in gloss. fin. & ibi tenet solus Odofred. Sed ego teneo contrarium: imò, quòd etiam hoc casu possit agere. Primò quia ille text. simpliciter, & indistinctè loquitur. Secundò, quia iniquum esset quod hic emptor remaneret in damno, amittendo rem sine culpa: in terminis istam meam opinionem tenet solus Fulgos. ibi in d. leg. evicta, ver. 1. de quo alii Doctores nullam mentionem faciunt. Tertio intellige, quando ipse emptor agens denunciavit litem quam movebat ipsi venditori: quia aliàs non posset de evictione, argumento supra dictorum iurium, & in expreso tenet Paul. & Doctor. in d. l. fin. C. de action. empt. Quarto intellige, præterquam si culpa sua cecidit à possessione, & de possessore fuit factus petitor: quia tunc non agit de evictione, text. est notabilis in l. si em quam ver. supra, ff. de evict. & ibi Glossa & communiter Doctores. Notandum tamen est, quod in aliquibus casibus venditor non tenetur de evictione, licet ei fuerit facta denuntiatio. Primus, quando expresse conventum est, quòd non tenetur de evictione. Quod tamen intellige, & declara ut non tenetur ad interesse, sed bene tenetur ad restitutionem pretii, ne emptor sit in damno, & ipse venditor locupletetur cum factura alienam: nisi specialiter dictum est, quòd non tenetur. Quod etiam subintelligit, quando venditor vendidit, vel alienavit rem alienam ignorans, scilicet, si scienter, quia tenetur ad totale interesse ratione doli. Quod iterum subintelligit, quando pactum esset generale, quòd non vult teneri de evictione: secus si particulare, & speciale, quòd non vult teneri ex certa causa vel persona, quia tunc re evicta ex illa causa vel persona indistinctè, non tenetur ad interesse, nec ad pretium rei, modò fuerit sciens, modò ignorans quia tali casu videtur emptor certioratus. Unde ibi est imputandum, argumento textus in leg. 1. §. 1. de ad. ed. & in l. si fundum, C. de evictio. Et in effectu istam sententiam & resolutionem probat text. valde notabilis in leg. emptorem, §. fin. de evictio & ibi valde notabilis in leg. emptorem, §. fin. ff. de evictio. & ibi tenet Glossa ordinaria & communiter Scribentes: tenet etiam Glossa in l. non arbitrar. C. de evict. & ibi Petr. Cyn. Fab. Bald. Angel. & Salyc. Azo in summa de evict. 2. column. num. 3. Bald. notabiliter in leg. 1. C. de peric. & commod. rei ven. fin. col. n. 9. tenet etiam notabiliter Salycet. in l. si rem quam, §. fin. in fin. ff. de evict. Angel. de Aret. in §. actionum, Insti. de action. 12. column. num. 20. Anton. in c. fin. de emption. & vend. 7. col. post princ. n. 14. gloss. in leg. tit. 7. 10. l. 3. fol. l. in gloss. mae. post princ. Secundus est, quando emptor vel possessor victus non appellavit à sententia, contra eum latam tunc non potest agere de evictione contra venditorem, licet antea denunciaverit litem motam, ita probat text. notabilis in l. Herennus, §. Gaia Seia, ff. de evictio. ubi habetur, quòd si sententia fuerit lata præsentè venditore, vel auctore, non tenetur emptor, vel possessor condemnatus appellare. Ergo si venditor vel auctor non erat præsens in iudicio, tenetur appellare, & per illum text. ita notat & tenet ibi gloss. 1. Odofred. Bart. Bald. & communiter Doctores. Quod notabiliter intellige, quando constat, quòd talis emptor, vel possessor victus habebat bonam & iustam causam: quia tunc si venditor vel auctor est absens, tene-

tur appellare. Secus verò si sit præsens: quia videtur acquiescisse sententia. Ita probat textus in d. l. §. Gaia. & ibi tenent Gloss. & communiter Doctores, facit textus in l. si bonam, co. l. de admitt. tut. ubi si tutor vel curator non appellavit à sententia lata contra pupillum, vel adultum, eo casu quo habebat bonam & iustam causam, tenetur ad actione tutelæ ad interesse litis, vel cause. Et adde quòd sufficit denunciari venditori, vel auctori, ut appellet, argumento textus in leg. si Procuratorem, §. si ignorantes, in fin. mandat. ubi fideiussor conventus, & condemnatus, licet teneatur appellare, ut in principio illius textus, tamen excusatur si denunciavit principali debitori, sententiam esse latam, quòd appellet ab ea, si velit, & ad hoc notat & commendat ibi Bart. Alberic. Angel. Bald. & per eum tenet Richard. Marc. in d. §. Gaia Seia, & ibi Bald. in fin. Quod ergo intelligi, quando denunciavit tempore congruo, quo potuit venditor, vel auctor comparere ad appellandum. Item adde, quòd isto casu, quo emptor habet bonam & iustam causam tenetur appellare, etiam venditor vel auctor præsentè. Ita notabiliter tenet Bald. in d. l. §. Gaia Seia, in fin. quia tunc sententia videtur iniuriosa, & non debet nocere venditori vel auctori, ut in leg. si per imprudenciam, ff. de evict. nec præsentia venditoris, auger vel inducit obligationem, & ante Baldum hoc voluit expressè Glossa ordinaria in d. l. leg. si per imprudenciam, in gloss. 1. Si verò emptor vel possessor victus habeat malam & iniustam causam, quia constat quòd verè res est petentis: tunc non tenetur appellare, modo venditor, vel auctor sit præsens, vel absens. Quia si hoc casu ante sententiam potuit rem restituere, ut supra conclusum est, ergo potuit non appellare. Ita tenet Gloss. ordinaria in d. l. §. Gaia Seia, in gloss. fin. in fin. & ibi Odofred. Bart. & Bald. Si verò emptor vel possessor victus, & condemnatus est, & sumus in dubio, quia non constat an habuerit iustam causam, tunc non tenetur appellare: quia semper sententia præsumitur iusta. Ita probat textus in d. l. §. Gaia Seia, & ibi tenet Gloss. ordinaria in gloss. fin. & ibi Odofred. Bart. Bald. & Angel. Si verò emptor, vel possessor condemnatus appellavit eo casu, quo habebat bonam & iustam causam, vel in dubio, quando non constat an sententia sit iusta, vel iniusta: tenetur prosequi appellationem intra tempora fatalia. Ita probat text. in d. l. §. Gaia Seia, ver. fin. nisi denunciaverit venditori, vel auctori, appellationem esse interpositam quia tunc non tenetur prosequi: ita notat Odofred. in d. §. Gaia Seia, argumento text. in leg. si auctor, & C. de appell. ubi si actor constitutus à tutore, vel curatore, appellavit à sententia, non tenetur prosequi, text. in l. in liti, C. de Procur. ubi procurator tenetur appellare, sed non prosequi appellationem. Confirmatur ratione: quia denunciatio excusat ab onere appellandi, & prosequendi appellationem, ut dixi. Ergo postquam appellavit, excusabitur à prosecutione appellationis, & in expreso istam conclusionem, licet sic non declararam, tenet Odofred. in d. l. §. Gaia Seia in fin. tenet etiam Salyc. ubi notabiliter loquitur in d. l. leg. si Procuratorem, §. si ignorantes, ff. mandat. Si verò habebat malam, & iniustam causam, licet appellet, non tenetur prosequi, per supradicta, & in terminis, ita tenet Salycet. in d. l. §. si ignorans, & in d. l. leg. evicta, & secundum istam distinctionem debet intelligi prædicta lex parit. 3. tit. 6.

36
titul. 5. 5. part. Tertius casus est, quando emptor, vel possessor iniuste fuit condemnatus per imprudenciam iudicis, quia erravit in dispositione juris vel facti, quia tunc non agit de evictione, sed tantum superest remedium contra iudicem in syndicatu, textus est formalis, & expressus in *leg. si per imprudenciam, ff. de evict.* & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, textus in *leg. servi venditor, eodem tit. text. in leg. emptor fundi, §. 1. Cod. eodem tit. text. in leg. 1. Cod. de verum permut. text. in cap. fin. de emp. & vendit. & idem leg. 36. tit. 5. 5. part.* Cujus ratio est: quia tali casu res videtur deperdita casu fortuito, unde merito debet esse emptoris, argumento textus in *leg. necessario, ff. de pericul. & commod. rei ven. ita Bart. & communiter alii Doctores, in d. l. si per imprudenciam, ff. de evict. & in leg. exceptione, ff. de fideiuss.*

41
 Quartus casus est, quando emptor vel possessor compromisit litem motam vel movendam super re in arbitrum, vel arbitros: quia si condemnatus fuerit, non agit de evictione, textus est in *leg. si victum, §. si compromiserit, ff. de evict.* & ad hoc notat ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores. Cujus ratio est: quia fides iudicis ordinarii est de publico approbata à principe, vel populo, & ad eum recurritur ex necessitate: alterius vero privati, non: sed ex voluntate partium ad eam recurritur. Confirmatur per text. in *leg. minor, §. minoris, ff. de minor. ubi minor dicitur laesus, si compromisit vel litem, vel causam in aliquem, & istam rationem probat expressè text. in dicit. §. si compromiserit, in quantum dicit: quia nulla necessitate cogente id fecit, & idem disponit prædicta *lex trigesima sexta, tit. 5. 5. part.* Quod extendit, etiam ex forma legis, vel statuti, ex sententia arbitri oritur actio, & mandaretur executioni, secundum Bald. & communiter Doct. in d. §. si compromiserit. Ex quo inferitur, quod si ex forma legis vel statuti cogere quis compromittere, possit agere de evictione, secundum Bart. & communiter Doctores, in dicit. §. si compromiserit. Secundò inferitur, quod si emptor, vel possessor sponte prorogaverit jurisdictionem, & consenserit in non suum iudicem, non poterit agere de evictione, quia nulla necessitate cogente fecit. Ita singulariter tenet Gloss. ordinaria, & in d. §. si compromiserit, & ibi communiter Doctores.*

Quintus casus est quando emptor, vel possessor compellus est per principem rem alteri vendere, vel ex aliqua alia causa onerosa tradere, quia tunc non agit de evictione, quia videtur evicta per casum fortuitum, cui ipse non potuit resistere, text. est in *l. Lucius ff. de evict.* & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, & idem disponit *l. 37. tit. 5. 5. part.* Ex quo textu, & communi opinione, ego noviter infero, quod hodie in nostro regno, si res evincatur ab emptore, vel possessore per viam retractus, quia si parimonii vel generis, vel communis pro indiviso, non tenetur venditor de evictione, cum ex dispositione Principis, & legis evincatur. Item etiam: quia quando evincitur res vendita, de jure specialis non habet locum evictio, ut in *l. minor 25. annis, ff. de evict.* & ita rim dicam. Ergo bene sequitur, quod in casu retractus non debetur evictio, & in terminis, postquam ego cogitavi, reperi quod tenet Ang. de Batt in d. ca. fin. de emp. & vend. 6. col. n. 13.

41
 Sextus casus, quando emptori vel possessori evincatur res de jure speciali, ut per restitutionem in integrum: quia tunc non agitur de evictione

pro interesse totali, sed tantum ad pretium, textus est in *l. minor 25. annis, ff. de evict.* ubi dicitur textus, quod si minor vendidit Titio fundum cum decreto, & Titius vendidit Scio, & postea minor restitutus est, & evictus fuit à Scio possessore, potest agere ad pretium, tantum contra Titium venditorem, & auctorem suum, non vero ad totale interesse evictionis: & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria Odofred. Bartol. Bald. Angel. Salyc. Fulgos. & communiter Doctores. Cujus ratio est, quia res non evincitur de jure communi: sed de jure speciali: ideo videbatur nullo modo posse agi: sed quia injustum esset emptorem carere re & pretio, ideo saltem agit ad pretium: ita solus Salyc. Quod tamen limitat, nisi in contractu expressè fuerit promissa evictio: quia tunc intelligitur etiam si res evincatur de jure speciali, ita solus Ang. Ex quo textu & communi opinione colligit, quod beneficium restitutionis in integrum, est in rem scriptam, & competit contra quemlibet tertium possessorem rei, licet cum minore non contraxerit. Quod intellige quando iste ultimus possessor emit à suo venditore vel auctore, sciens rem fuisse minoris: vel quando primus emptor, qui habuit causam à minore, non est solvendo, textus est in *l. in casibus, la 1 §. interdum, ff. de minor. & ibi Bart. Alber. Bald. & communiter Doctores, de quo vide per eos ibi.*

42
 Septimus casus, quando emptor scienter emit rem alienam, vel alteri obligatam: quia tunc si ab eo fuerit evicta, non agit de evictione, imò nec ad pretium, nisi expressè sibi cautum fuerit de evictione, textus est in *l. si fundum, Cod. de evict.* cuius verba sunt: Si fundum sciens alienum comparavit Athenocles, nec quicquam de evictione convenit, quod eo nomine deoat, contra juris post rationem, & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, textus in *l. si à matre, C. de jure dot. text. in l. 1. vers. fin. Cod. de præscr. 30. vel 40. ann. & ibi Gloss. & communiter Doctores, text. in *l. in princip. C. de litigiosis, text. in l. apud Celsum, §. item Labeo scribit, ff. de dol. mal. & met. except. facit etiam bonus text. in *l. 1 §. si intelligat, ff. de adit. edit. text. in l. qui arbor, §. fin. eodem tit. text. in *l. si tamen, vers. si emptor sciverit, eod. tit. text. in *l. aquo, ff. de contrab. emp. text. in *l. 1 §. ff. de all. emp. & idem disponit text. in *l. 19. tit. 5. 5. part.* Cujus ratio potest esse, quia videtur donare pretium, argumento *l. hujus per errorem, de re jud. cum similibus.* ita ibi Cynus. Quod extendit, ut procedat, etiam si adhuc emptor non solverit pretium, qui non poterit retinere. Nec obstat deceptio aliqua venditori, ita Petr. de nellapert. ibi, Cyn. & Alexand. Secundò extendit, etiam si emptor solam in genere sciebat, rem ad venditorem non pertinere, licet ignoret, ad quem in particulari pertinet: ita ibi Bald. pro quo facit *l. fin. Cod. unde vi.* Quod tamen singulariter limita & intellige quando emptor emit rem penitus alienam: scilicet tamen, si scienter emit rem subjectam restitutioni: quia tali casu res est ipsius venditoris: licet sit subjecta restitutioni. Unde poterit agere saltem ad pretium, text. est notabilis in *l. fin. C. commun. de legat. quem ibi ad hoc notat & commendat Gloss. ordinaria, Petr. Jacob. notr. Cyn. Faber. Bartol. Bald. Ang. & communiter Doctores in d. l. si fundum, C. de evict. Sed advertendum, quod iste intellectus & conclusio non videtur vera quia quando venditor pignorat, vel hypothecavit rem, similiter est propria, licet sit subjecta pignori*******

gnoii, vel hypothecæ, & tamen non tenetur de evictione, nec ad pretium, ut in dictis juribus. Unde Gloss. in d. §. fin. in fin. dicebat quod ibi loquitur, quando res erat subjecta restitutioni sub conditione ejus evictus est dubius. In nostro vero casu erat res simpliciter, & pure aliena, vel alteri obligata, unde non egit, & ita tenet & declarat Azo in *Summa C. de evict.* Sed ista responsio & solutio est falsa, & communiter reprobata: quia ille text. loquitur, & habet locum indistinctè etiam in re subjecta restitutioni pure, vel in diem. Unde secunda solutio est quod in illo casu sit speciale in re subjecta restitutioni, & istam solutionem tenet ibi Bart. Salyc. Paul. Raph. Cum. Jaon. & Phil. Cor. Et hoc etiam casu est aliud speciale: quia licet emptor fuerit stipulatus de evictione, non potest agere ad totale interesse, vel damnum, sed tantum ad pretium, ita expressè text. ibi. Secundò limita, & intellige, nisi pretium sit convertum in utilitatem venditoris: quia tunc saltem illud potest repetere. Ita probat text. in *l. emptor, ff. de rer. vend. & ibi communiter Doctores, tenet etiam Gloss. ordinaria & communiter Doctores in *l. 1. C. de præscr. ip. 30. vel. 40. ann.**

43
 Octavus casus est, quando emptor, vel possessor, per violentiam expellitur de possessione rei: quia non potest agere de evictione contra venditorem, vel auctorem, text. est in *fin. C. de all. emp. & ibi Gloss. Cyn. Bald. Salyc. & communiter Doctores.* Quod notabiliter extendit, etiam si expressè promisit venditor cum defendere in illa re contra omnes de jure, & de facto, non tamen si fuerit sibi facta violentia de facto: ita notabiliter Bartol. in *l. stipulatio illa, habere licere, fin. quæst. ff. de verb. oblig. & ibi latè Doct. Bald. in *l. 1. ff. de evict.* Abb. & Canonistæ C. fin. de emp. & vendit. Ex quo inferitur, quod si caveatur lege vel statuto, quod iudex procedat de facto, intelligitur, non servato ordine iudiciorum. Nonus casus quando emptor vel possessor potuit usufructu vel præscribere rem & culpa sua non fecit: quia tunc non agit de evictione, text. in *leg. si de elem. §. si cum posses. ff. de evict.* cuius verba sunt: Si cum posses usufructu capere emptor, non usufructu, culpa sua hoc fecisse videtur, unde si evictus est servus, non tenetur venditor, & ibi Gloss. ordinaria. Decimus casus, quando emptor, vel possessor suâ culpa amittit possessionem, & de possessore est factus petitor: quia tunc non agit de evictione, textus est notabilis in *l. si rem quam, vers. si dupla, de evict.* & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores. Undecimus casus, quando emptor vel possessor contra prohibitionem positam in contractu, rem vendidit vel alienavit, & ex hoc eam amisit, quia non agit de evictione, quia suo facto & culpa videtur eam perdere, textus est in *l. si mancipium, in princip. ff. de evict.* & ibi communiter Doct. Confirmatur per text. in *leg. §. ff. eod. tit. ubi si emptor, possessor, habuit rem pro derelicto, non agit de evictione.**

44
 Duodecimus casus notabilis est, quando quis emit ab aliquo hæredè hereditatem, vel quotam, nam si tota hereditas, vel quota, sit evicta, quia probatum est, quod venditor non est heres, vel ille, de cuius successione tractatur, non effect mortuus, vel aliâ, bene tenetur venditor de evictione, textus est notabilis in *leg. si nulla, ff. de hered. vel all. vend. & ibi communiter Doct.* Sed si aliqua res singularis, vel particularis, sit evicta, non tenetur de evictione, text. est singularis

in *leg. 1. vers. 1. C. de evict.* cuius verba sunt: Evictio quoque non præstat in singulari rebus, cum hæreditatem pure venisse constat, nisi aliud nominatim inter contrahentes convenit, & ibi Gloss. ordinaria, Bart. Pet. Cyn. Jacob. Faber, Bart. Bald. Angel. Salyc. & communiter Doct. facit etiam text. in *l. 2. in prin. ff. de hered. vel all. vend. text. in leg. servi venditor, ff. de evict. text. in *l. nave, eod. tit. & istam sententiam & conclusionem per ista jura tenet Azo in *Summa illius tituli 2. col. n. 7.* tenet etiam Odofred. in *l. 1. ff. de evict. 1. col. Bald. & communiter Doctores, ibi Imol. in *ca. fin. de emp. & vend. 7. col. num. 21.* Cujus ratio est, quia aut res erat hereditaria, & emptor iniuste condemnatus est, & non agit evictione, argumento text. in *leg. si per imbruentiam, ff. de evict.* aut non erat hereditaria & simpliciter non agit, quia non videtur vendita: aut vero erat hereditaria, sed iuste evicta est, quia evincens probavit se dominum, & similiter non tenetur venditor: quia non videtur amplius vendere aliquam rem particularem, sed tantum jus universali hereditarium sibi competens, & cum illud non sit evictum, merito non tenetur de evictione, istam rationem probat text. notabilis in *l. in princip. ff. de hered. vel all. vend. & per eum tenet Gloss. ordinaria & communiter Doct. ibi in d. l. 1. C. de evict.****

Item quarto, si non evincatur tota res vendita, nec pars ejus, sed servitus, an venditor teneatur de evictione, & iste passus est subtilis, & quotidianus. In quo resolvivè dico quod si vincitur usufructus, bene debetur evictio, text. est in *l. sed si quid, vers. si usufructus, ff. de evict. text. in *l. vacca, & in leg. si no emp. eod. tit. & utrobique communiter Doctores.* Cujus ratio est, quia usufructus censetur pars rei, ut in *l. 4. ff. de usufruct. & in *l. qui usufructus, ff. de verb. oblig. & in *l. si ita stipulatus fuerit, §. si Titius, §. 1. eod. tit. & in *l. si alii, ff. de usu & usufructu legat. & in *l. Prætoris officium, §. fin. ff. de dam. infect. & in *l. fin. C. de longi temp. prescript. cum similibus.* Sed si pars rei evincatur, debetur evictio ut in *l. 1. ff. de evict.* & supra dictum est. Ego eadem ratione debeatur, si usus fructus evincatur. Si vero evincatur servitus urbana vel rustica, ut altius tollendi, sillicidium averrendi, vel non averrendi, signi immitendi, vel prohibendi itineris, actus viæ, aquæ ductus, vel similis servitus: tunc non tenetur venditor de evictione, textus in *l. pen. ff. de evict.* cuius verba sunt: Quod ad se videtur prædiorum attineri, si tacite secuta sunt, & vendentur ab alio, Quintus Martius, & Sabinius existimant venditorem ad evictionem teneri non posse, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria Odofr. Bart. Bald. Alber. Ang. & communiter Doct. Cujus ratio est quia talis servitus non est pars integralis fundi, sed qualitas, seu accedens, quod est accessorie coheret, ut in *l. qui aliud, ff. de verb. significat. & in *l. 1. ff. de usufructu legat. & in *l. non tantum, §. fin. de verb. significat. & in *l. pecoris, ff. de servit. rust. prædior. & in *l. via constituit, §. si fundus, eod. tit. & in *l. si aqua dicitur, ff. de contrab. emp. & in *l. alienatio, eod. tit. & in *l. servit. §. fin. ff. servi, vendit. & in *l. 3. C. de servit. & aqua.* Quod tamen limita, & intellige, quando simpliciter fiat venditio, scilicet tamen est si expressè dictum fuit per venditorem, fundum non debere servitutum, nam tunc bene tenetur de evictione, textus est in *l. pen. vers. 1. ff. de evict. ibi, nisi, ut optimus maximeque esset traditus fundus, ibi comm. DD.***************

Secundò limita, & intellige, nisi venditor sciet fundum debere servitutem, & tacuit, & emptorem de ea non certioravit: quia tunc non tenetur actione ex empto ad interesse, licet non ad duplam, text. est notabilis in leg. 1. §. ff. 1. e. actio empti, text. in leg. Julianus, eod. titul. text. in l. quaro cod. tit. ubi plus dicit, quod non sufficit certiorare de servitute in genere, sed specificè. Si verò venditor ignorabat fundum debere servitutem, tunc non agit emptor de evictione ad totale interesse: sed tantum poterit agere, quàm minoris esset empturus, si sciret servitutem impositam, text. est in l. quosier, ff. de adilit. ed. l. cuius verba sunt: Quosiens e servitute agitur, vultui tantum debet prestare, quàm minoris emisisset emptor si sciret hanc servitutem impositam, text. in l. sed si quid, vers. fin. ff. de evict. & ibi communiter Doctores, & in expresse illam doctrinam, & solutionem tenet Azo in Summa, C. de evictio, tenent etiam Gloss. ordinaria in l. pen. cod. titul. & ibi communiter Doctores & melius quàm alius, & ibi Fulgos, Gloss. etiam ordinaria in l. cum vendentes, ff. de contrab. & ibi communiter Doctores, Alexand. in l. stipulatio ista, §. si quis forte, infra isto titul. de verb. oblig. penultim. col. m. numero 11. & ibi Jason. 4. column. numero. 10. Et idem, quod dictum est in servitute reali, habet etiam locum in servitute usus, cum non sit pars rei, ita tenet solus Fulgos. in dict. leg. penultim. ff. de evictio. Advertendum tamen, quod hodie videitur quedam nova lex paritum hoc corrigere, imò quòd si venditor scierit sciens, possit emptor ratione servitutis evictæ rescindere contractum venditionis, & petere pretium solum, & damnum & interesse, quod ex hoc præterdit. Si verò fuerat ignorans similiter possit emptor agere ad rescissionem contractus, sed non ad aliquod damnum, vel interesse, ita expresse disponit lex 63. titul. 5. 3. part. quam reputo singularem in materia, & eam notabiliter intelligo, emptore volente agere ad rescissionem contractus: fecus verò, si velit habere, & retinere rem, & agere tantum ad interesse servitutis evictæ, eo casu quòd scierat fuit vendita; vel quòd minoris, quando ignoranter esset vendita: quia tunc crederem jus commune posse procedere, debere intelligi, & sic ista remedia esse in electione emptoris. argumento text. iuncta Gloss. & est communis opinio, in l. eleganter, ff. de dolo malo, in leg. Julianus, §. si quis colludens, ff. de action. empti. & ita iudicavi in causa mihi commissa.

46 Si verò emptor præterdat. fundo empto debetur servitutem, & videtur sit, non poterit agere de evictione, nec alio remedio contra venditorem nisi expresse, & specialiter venditor dixerit, quod ei debeatur talis servitus, nam tunc bene teneretur, text. est in l. d. pen. in fin. ff. de evictio, cuius verba sunt: Si verò emptor petat viam, vel actum, venditorem teneri non posse, nisi nominatim dixerit accessurum iter, vel actum, tunc enim teneri eum, nisi ita dixerit, & ibi Gloss. ordinaria.

Item etiam queritur de articulo subtili, & necessario, an actio de evictione transeat in particularem successorem contra primum venditorem, vel auctorem? In quo resolutivè dico, quod si emptor vendidit, vel alienavit rem titulo oneroso (ex quo debetur evictio, & à secundo, vel ulteriore emptore, vel particulari successore res evincitur) non poterit agere immediatè evictione contra primum venditorem, vel auctorem, à quo illa res descendit: sed oportet quòd quilibet par-

ticularis successor denunciare contra immediatè venditorem, vel auctorem, & agat contra eum de evictione. Cujus ratio potest esse duplex. Prima, quia cum diversi sint tituli, & contractus, & similiter diversi sint contrahentes, merito ex quolibet oritur sua propria, & nova actio de evictione, quæ non potest intentari contra primum venditorem, vel auctorem, cum eum non habeat obligatum. Secunda ratio est: quia actio ex empto de evictione, quæ competit primo emptori contra primum venditorem, vel auctorem, est personalis, & de sui natura non transit actio nec passivè ad particularem successorem rei, ut in l. fin. in fin. ff. de contrab. empti. cum similibus. Ergo ille secundus, tertius, vel ulterior emptor non poterit agere contra primum venditorem, vel auctorem: & in terminis istam sententiam & conclusionem tenet Gloss. singularis & ordinaria, licet non ita declararet, in leg. si pro re, §. 1. ff. de evict. in verbo agere, & ad hoc reputat quotidianus Bald. in l. cum successores, Cod. de evict. ibi Angel. de Perus. & alii Doctores, & illam Gloss. ad hoc reputat in jure singularem, Angel. de Aret. in §. actionem. Instit. de act. 9. col. tenet etiam & commendat Anton. de Butt. in c. fin. de empt. & vend. 2. col. Si verò emptor alienavit rem in aliquem particularem successorem titulo lucrativo, ex quo non debetur evictio, & ab eo sit evicta, non poterit agere de evictione contra primum immediatè auctorem suum: quia ab eo habet rem ex causa lucrativa non poterit agere de evictione ex persona sui auctoris contra primum venditorem, vel auctorem: qui similiter actio ejus activa personalis non transit ad particularem successorem, & in terminis pro hoc est text. singularis & unicus in l. si res quam, ff. de evict. cuius verba sunt: Si res quam a Titio emis legatam sit à me, non poterit legatarius conveniri à domino rei venditori meo denunciare, nisi cesse ei fuerint actiones, vel quedam causa hypothecæ habeat, quem ibi notat Bald. Angel. Sal. Fulgos: & communiter Doctores, & reputat unicum Bald. in l. 1. C. de rer. permitt. 2. col. idem Bald. in rub. ext. a. de pro. r. 1. col. num. 6. & Joann. de Imol. in l. Julianus, §. infra. isto titul. de verb. oblig. 1. col. & dicit ibi unicum Jas. pen. col. numer. 17.

Quod tamen notabiliter intellige, præter quàm, si talis emptor, qui alienavit rem in particularem successorem titulo oneroso, vel lucrativo, cessit ei actionem de evictione: quia tunc virtute cessionis ille particularis successor poterit agere contra primum venditorem, vel auctorem de evictione, textus est formalis & expresse in d. l. si res quam, ff. de evict. & ibi communiter Doctores, & illam ad hoc notat Bart. in l. si pro re, §. 1. ff. de evict. & ibi Doctores, item Bart. in l. Julianus, §. 1. infra. isto tit. de verb. oblig. & ibi communiter alii Doctores Ex quo deducitur, & inferitur quod utilissimum erit semper in instrumentis emptoris & venditionis donationis, vel alterius contractus onerosi, vel lucrativi inserere, quod venditor, vel donator cedit omne jus, vel actionem sibi competentem pro illa re vel occasione ejus: quia tunc virtute cessionis poterit agere de evictione contra primum venditorem, vel auctorem.

Item etiam queritur, si particularis successor, qui habet causam à me, est conventus, & ab eo est evicta res, an possim ego agere de evictione contra venditorem, vel auctorem meum? Et breviter dico, quod si ego vendidi, vel alienavi rem, & reservavi mihi aliquod jus in ea: si concessi eam in dotem, vel fundum vel emphyteusim, tunc

Ita

statim ea evincitur ab eo, qui habet causam à me, possum agere de evictione contra venditorem, vel auctorem meum. Si præcessit denunciatio necessaria: quia evicta re, statim permittitur jus quod mihi reservavi. Si verò simpliciter vendidi, donavi, vel tradidi, nullum jus mihi reservando: tunc, licet vincatur à particulari successore qui habet causam, & præcedat denunciatio, non possum agere de evictione contra venditorem meum, donec ille particularis successor egerit contra me de evictione, & ego sim condemnatus, & sibi solverim, ita probat text. in l. si pro re, §. 1. ff. de evict. text. in l. si servus, §. 1. eod. tit.

47 Advertendum tamen, quod est dubium notabile in materia nostrâ: contra emptorem, vel alium possessorem ex causa onerosa mota fuit lis ab aliquo tertio, & tandem emptor, vel possessor obtinuit, an venditor, vel auctor teneatur solvere omnes sumptus vel expensas, quas emptor vel possessor fecit in lite: Et videtur quod non: Primò, quia ita demum emptor potest agere de evictione quando res verè, & realiter est evicta per sententiam definitivam, ab eo abdicata, ut supra conclusum est, & tunc facta, quod teneretur venditor ad sumptus & expensas factas in illa lite, cum teneatur ad totale interesse, in quo includuntur expensæ. Sed eo casu quo emptor obtinuit, & res non est ab eo evicta, non superest actio immediatè, quia tales expensas consequi potest. Secundò, quia expensæ debentur officio judicis mercenario, deservendi actioni propositæ: unde finita causa principalis, jam non potest esse questio de expensis, in l. 4. C. de positi. in leg. Paulus, la. 2. ff. de re jud. in l. 1. C. 2. Cod. de fruct. & lit. expens. in l. propter andam, §. si autem abierit, C. de j. d. & tractat plene Bartol. & Doctores in leg. 4. §. hoc autem iudicium, de damn. infecti. Tertio, quia aut emptor, vel possessor conventus recuperavit expensas ab auctore, injustè litigante, & non poterit eas petere à venditore, cum jam habeat, quod petit, & nihil sibi interest: Aut non recuperavit ab auctore, quia non fuit condemnatus in expensis, & tunc, si iudex omisit condemnationem expensarum ex imperitia, vel culpa sua, illa non debet imputari venditori, ut in l. si per imprudenciam, ff. de evict. Si verò omisit condemnationem expensarum, quia actor habuit justam causam litigandi, illa semper excusat à condemnatione expensarum, ut in l. cum quem tenere ff. de jure & ibi communiter Doctores, & tunc non videtur teneri venditor quia non videtur factæ nec causatæ expensæ, factæ & culpæ venditoris, sed ex nova causa superveniente in persona tertii. Quarto, quia cum actor, qui novit litem, succubuerit, præsumitur egisse de facto, & non de jure, quia semper præsumitur pro sententia, ut in l. Heremius, §. Casus, ff. de evict. Si egit de facto: ergo non tenetur venditor, ut in l. stipulatio ista habere licet, §. si quis forte, de verb. oblig. Et ibi Gloss. & communis opinio. Ergo nullo casu poterit teneri venditor, & istam conclusionem, licet certè non sit fundatam, tenet Gloss. ordinaria in l. a. de testam. manum. in gloss. fin. in fin. quam ibi sequitur, & reputat singularem solus Bald. alia Gloss. notabilis & magistralis in l. 1. C. de evict. & ibi Petr. de Bellapert. Jacob. Butr. & alii Doctores antiqui, alia Gloss. in l. si statum, C. de evict. & ibi Bald. & Cuman. in leg. venditores, infra. isto titul.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò quòd teneatur ad omnes

illos sumptus & expensas. Quod intelligo, & declaro sic: Nam si in contractu venditionis, vel alio qui celebratus est inter partes, venditor, vel actor expresse promisit sumptus, & expensas, & omnia damna, que incurrit emptor ratione litis motæ vel movendæ super re: tunc indistinctè poterit agere contra venditorem, vel auctorem pro illis expensis, cum debeantur jure actionis, & in expresse ita probat textus formalis & expresse in l. venditores, infra. isto tit. de verb. obligat. ubi si venditores promiserunt sumptus litis, & postea unus eorum egit contra emptorem, vel ejus heredem ad pretium rei venditæ, & obtineat emptor, vel hæres conventus, non poterit agere jure actionis vel obligationis ad sumptus vel expensas litis contra venditorem, quia non fuit mota lis super proprietate rei, sed super pretio. Ergo si super proprietate fuerit mota, bene tenetur venditor, ratione promissionis, & ad hoc notat & commendat ibi Bart. Bald. & communiter Doctores. Si verò venditor, vel auctor tempore contractus non promisit expresse alioquos sumptus, vel expensas: tunc est majus dubium. Sed adhuc dico, quod tenetur venditor, vel auctor eas solvere: quia in contractu emptionis & venditionis, & quolibet alio contractu, in quo debetur evictio, tenetur venditor, vel auctor, postquam est facta sibi denunciatio, ipsum emptorem, vel possessorem in lite defendere, non tamen in se assumere litem & causam, sed causative, si non vult teneri ad interesse, ut in iuribus supra allegatis, in articulo denuntiationis. Unde si non fecit, tenetur virtute actionis & obligationis. Et in effectu istam doctrinam & resolutionem tenet Bart. in dict. l. venditores, infra. isto tit. de verb. obligat. & ibi Angel. Paul. Imol. Aret. Alex. Jas. & communiter alii Doctores, & ante eos originaliter Guil. de Cun. in l. qui absentem, ff. de procur. & ibi Bart. Angel. Salyc. & communis opinio in l. 1. C. de evict. idem Bart. & communiter Doctores in l. petitor, ff. de liber. legat. Angel. de Aret. in §. actionem. Instit. de action. 14. col. num. 16. Abbas Panor. in cap. fin. de empt. & vend. fin. eodem. & fin. quæst. & ibi Imol. antepen. eodem. 23. & communiter Doctores, & ista est magis communis opinio, secundum Aret. Alexand. & Jas. in venditores, infra. isto tit. de verb. obligat. Quam primò limita, & intellige, ut non præcedat, si emptor vel possessor conventus non denuntiavit venditori vel auctori. Secundò si talis emptor vel possessor fuit in culpa, non petendo à iudice, vel actor, qui movit litem condemnaretur in expensis, argumento text. in l. idemque, §. 1. ff. de action. empti. secundum Paul. Aret. Alexand. Jason. in dict. l. venditores.

Nec obstant omnia motiva, supra in contrarium adducta: quia procedunt, quando expensæ debentur accessorie per officium judicis mercenariarum: fecus verò, si principaliter jure actionis & obligationis, ut in nostro casu: quia indistinctè possunt peti, etiam lite finita, & modò iudex omiserit condemnationem expensarum ex culpa, vel imprudentiâ suâ, modò ex justa causa litigandi, ista est Gloss. singularis in jure, in leg. non solum, ff. de rei vend. in gloss. fin. & ibi notat & commendat Bald. Alber. & communiter Doctores tenet etiam & commendat Alber. in l. 1. ff. de alien. judic. mutand. caus. similis Glossa est in leg. 3. §. si rem, ff. de legat. 3. in verbo fortassis, & communiter Doctor. alia Gloss. in Antenor. de jurisdictionibus;

dicibus, §. oportet, in verbo, f. lo. collat. 6. quam ibi ad hoc notat & commendat Angel. de Perus. & communiter alii Doctores, & illam Gloss. ad hoc reputat singularem Bald. in leg. properandum, §. fin. arbitri. ad hoc, C. de iudic. & ibi Salyc. & communiter alii Doctores. Imol. in l. fin. ff. de re iudic. Bald. in l. terminato, Cod. de fruct. & lit. expens. 2. colum. num. 14. idem Bald. in cap. brevē de iurejurando.

Advertendum tamen, quod omnia prædicta procedunt, quando quis vendidit rem alienam scienter vel ignoranter, an, & quando venditor teneatur de evicione: Sed juxta prædicta necessarium, & opportunè quæro; si quis vendat servum, vel aliquod animal vitiosum vel morbosum, an emptor possit rescindere contractum, vel aliquo remedio agere ad diminutionem pretii, propter vitium, vel morbum ipsius rei? In quo articulo magistraliter, & resolutivè dico, quod si quis vendat servum, vel aliquod animal vitiosum, vel morbosum, emptor poterit rescindere contractum, & rem reddere venditori infra sex menses, actione Prætoris, quæ vocatur redhibitoria, vel stare contractui, & agere ad diminutionem pretii, propter vitium, vel morbum infra annum, actione propria, quæ vocatur, *Quantum minoris*, textus est capitalis, & expressus in l. 1. & per totum ff. de adilit. edit. text. in l. sciendum, §. tempus, eodem titul. cujus verba sunt: *Tempus autem redhibitionis sex menses utiles habet.* Sin autem mancipium non redhibeatur, sed quando minoris agatur, annus utilis est Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, textus in leg. 2. & per totum Cod. de adilit. action. & ibi Odofred. Cyn. Alber. Bald. Salyc. & communiter Doctores, & idem disponit lex 64. §. 3. titul. 5. quinta parte. Quod quidem tempus currit à tempore scientiæ, & non ante: ita probant prædicta jura, & in expresso probat textus in leg. cum sex, ff. de adilit. edit. cujus verba sunt: *Cum sex menses utiles, quibus experiendi potestas fuit, redhibitoria actione præstantur: licet non videbitur experiendi potestatem habuisse, qui vitium latens ignoravit, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, & communiter Doctores.* Idem est si quis vendat pannos, libros, vel similes res mobiles vitiosas. Ita Gloss. ordinaria in d. l. leg. 1. ff. de adilit. edit. & ibi communiter Doctores, & idem tenet Azo in summa, Cod. de adilit. actionibus 2. colum. Bald. in l. si prædictum, eodem titul. 1. colum. & ibi Odofredus & alii Doctores, Specul. in titul. de rescind. vendit. 1. colum. & ista est communis opinio. Et denique resolutivè dicas, quod ista actio redhibitoria, vel quanto minoris, habeat locum in casu, & contractu oneroso, pro quo ageretur de evicione, si res aliena esset vendita: ita magistraliter tenet Azo. in summa, Cod. de adilit. edit. actionibus 2. colum. numero 4. Quod tamen intelligitur, quando emptor tempore emptionis ignorabat tale vitium vel morbum: secus verò, si sciret: quia tunc non ageret prædictis actionibus. Et idem est, quando vitium, vel morbus erat patens tempore venditionis, quia tunc similiter non agit: textus est in leg. 1. §. si intelligatur, ff. de adilit. edit. cujus verba sunt: *Si intelligatur vitium morbosive mancipii (ut plerumque signis quibusdam demonstrari solent vitia) potest dici edictum cessare: hoc enim intuentum est, ne emptor decipiatur; & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, textus in leg. queritur, §. fin. eodem tit. cujus verba sunt: *Si nominatim morbus**

exceptus non sit, talis tamen morbus sit, qui omnibus potuit apparere: ut puta, si cæcus homo veniebat, aut qui cæcavit eundem habebat in capite vel in alia parte corporis: ejus nomine non tenebitur, Cæcilius ait, perinde ac si nominatim morbus exceptus fuisset, textus est in l. si tamen adilit. in verbo si emptor, eod. titul. textus in §. in leg. ea qua commendandi, ff. de contrab. emptor. textus in leg. 1. §. venditor, ff. de action. empt. facit etiam bonus textus cum materia, in leg. si fundum, Cod. de evict. ubi ille qui scienter emit rem alienam, non agit de evicione. Idem est, quando venditor certificavit emptorem de vitio vel morbo: quia tunc non tenetur, neque emptor potest agere prædictis actionibus, textus est, in leg. 1. de sic. 1. ff. de adilit. edit. cujus verba sunt: *Autem adiles, qui mancipia vendunt, certiores faciunt emptores, quid morbi vitiove tuncque sit, &c.*

Advertendum, quod non sufficit, quod venditor obsecrè, confuse, vel generaliter exprimat, & declarat vitia, vel morbos, sed oportet, quod particulariter, certo & claro modo declaret, & exprimat prædicta vitia, vel morbos. Ex quo inferitur, quod res vendita habere aliquod vitium vel morbum, & venditor generaliter dixisset, quod eam vendebat cum omnibus vitis, & morbis suis; vel illud vitium, vel morbum involutè, & genericè expressit cum alis, quæ non erant vera, tenetur venditor, ac si nullum vitium, vel morbum expressisset. Ita probat textus singularis in leg. ea qua commendandi, §. final. ff. de contrahend. emptor. cujus verba sunt: *Dolum malum à se abesse, præstare venditor debet qui non tantum in eo est, qui fallendi causa obsecrè loquitur, sed etiam, qui insidiose, obsecrè dissimulat; textus est in leg. 1. §. venditor, versic. sed & si proponas, ff. de action. empt. text. in legat. tenetur, §. final. eodem titul. text. in leg. Julianus, §. idem Julianus, eodem titul. textus notabilis & expressus in leg. quæro, eodem titul. text. in leg. 1. versic. 1. ff. de adilit. edit. ibi, omnia cum ea mancipia veniunt palam ac rectè pronuntiando. Et in expresso istam sententiam, & conclusionem tenet Specul. & ibi Joan. Andr. in titul. de emption. & vendit. §. nunc dicendum, leg. 2. versic. sed quid si venditor. Idem Specul. in titul. de rescindendis venditionibus, §. 1. 3. columna, versic. quid si vendens equum. Bald. in leg. 1. C. adilit. actionibus 2. columna numero 4. Angel. de Perus. in leg. passit, ff. de passit, idem Angelus, Alexand. & alii Doctores in leg. si quis cum aliter, ff. de verborum obligat. Angel. de Arret. in §. Prætorum, Instit. de jur. natural. gent. & civil. Abbas Panormitan. in cap. cum contingat, de iurejur. numero 24. idem Abbas in cap. injustum, de verum permitt. Pro qua sententia & conclusionem est hodie expressa l. par. in l. 66. titul. 5. par. Adde tamen, quod prædicta debent intelligi, quando vitium, vel morbus erat in re, ante contractam venditionem, aliàs succumberet, ita probat textus leg. 1. §. quid autem, ff. de adilit. edit. textus in leg. actioni redhibitoria, eodem titul. textus in leg. quæro, §. final. eodem tit. textus in leg. 3. C. de adilit. edit. cujus verba sunt: *Si apud priorem dominum fuisse mancipium non doceatur: fuga post venditionem intervenient ad dam-**

damnum emptoris pertinet & per illa jura tenet Bald. in leg. 12. penult. col. de adilit. action. Specul. in tit. de rescind. vendit. c. de n. nam. 2. Rofred. in libel. suis, in rubr. de adilit. bus redhibitoria. 2. col. vers. item sextum. Dubium tamen est, si plures res uno tempore, & dispo. one vendantur, & una earum sit vitiosa, vel morbofa, alia verò non, an omnes debeant reddi, vel illa tantum, quæ est vitiosa, vel morbofa? In quo articulo resolutivè dico quod si tales res non sunt sibi aliqua causa, vel ratione conjunctæ, sed invicem distinctæ, & separata, & quilibet vendita suo distincto pretio; illa tantum debet reddi, quæ est vitiosa, vel morbofa, alia verò non; textus est notabilis & expressus in l. si plures mancipia, ff. de adilit. edit. Confirmatur: quia tot sunt contractus, quot res, ut in leg. scire debemus, infra isto tit. de verbor. oblig. Si verò uno & eodem pretio sint venditæ, tunc illa tantum reddi debet, & pretium ejus debet estimari iudicis arbitrio, ita probat textus in d. l. si plura mancipia, ff. de adilit. edit. & ibi Gloss. ordinaria communis opinio, textus in l. adiles, la 2. §. fin. eodem titul. textus in l. pensis, eodem titul. Si verò res venditæ sint aliqua causa, vel ratione conjunctæ taliter quod dura, & damnosa esset earum separatio, ut matre, & filio vel filia vendita, item & in pluribus servis unius artificii, vel pluribus animalibus unius officii: tunc modò sint venditæ uno & eodem pretio, modò distincto, nulla potest reddi sine alia, sed propter vitiosam, vel morbosam omnes alie reddi debent, vel nulla, quia aliàs non esset quis empturus unam sine alia, nisi partes consentiant in redhibitione unius rei: quia tunc illa sola potest reddi: textus est in leg. cum eisdem, cum l. seq. ff. de adilit. edit. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores textus in leg. adiles, l. 2. §. final. cum duabus leg. sequentibus, & ibi communiter Doctores eodem tit. & per illa jura istam sententiam, & resolutionem ponit Azo, in sum. C. de adilit. action. 4. col. numero 24. & Bald. in l. si prædictum, Cod. eodem tit. 2. col. vers. sed pone, & ibi communiter Doctores.

Item quæro, quæ res prohibeantur vendi? In quo articulo dico, quod regulariter quilibet res potest vendi, nisi lege prohibeatur: Prohibetur autem vendi res facta, vel religiofa, textus est in leg. si in emptione, §. omnium, ff. de contrab. empt. cujus verba sunt: *Omnia verum, quas quis habere, vel possidere, vel persequi potest venditio rectè fit quas vero natura, vel gentium jus, vel mores civitatis commercio excludunt, earum nulla venditio est; & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, text. in l. inter stipulantem, §. si sacram, infra isto tit. de verbor. obligat. & ibi etiam communiter Doctores.* Secundo prohibetur res publica, ut forum, basilica, via publica & similes res, ita etiam probant & disponunt prædicta jura, & in terminis disponit text. in §. fin. vers. item publica, Instit. de empt. & vendit. cujus verba sunt. *Item publica, veluti forum, basilicam, iustria quis sciens emit; & ibi Fab. Angel. Nicol. Plat. & communiter Doctores.* Tertio prohibetur vendi liber homo, textus est in l. si in emptione, §. liber, ff. de contrab. empt. & idem disponit l. 1. §. 2. §. 5. par. Quod extendit, ut procedat & habeat locum etiam talis res postea destinata esse facta, vel publica, vel libera. Imò si fiat venditio sub illa conditione: quia etiam hoc casu contractus non valet, ut dicunt & probant prædicta jura. Adde tamen, quod si ignoranter quis emit, & venditor fuerit sciens, potest agere ad totale interesse, textus est in l. 4. ff. de contrab. Ant. Gomez Variarum Resol. Tom. II.

empt. text. in §. fin. Instit. de empt. & vendit. Si quæred emptor fuerit sciens, non agit ad interesse, sed tantum ad præcium, argumento textus in leg. emptorem, §. fin. ff. de action. empt. per quem ita tenet Bart. in leg. cum lex, ff. de fideiuss. 1. colum. 4. oppos. Et ista opinio mihi placet, etiam Angel. ibi teneat contrarium, & Fabianus de Monte in pract. de empt. & vendit. 3. quæst. 4. quæst. princip. Quarto prohibetur vendi res propria emptoris, textus est in leg. sua rei, ff. de contrab. empt. cujus verba sunt: *Sua rei emptia non valet, si sciens, sive ignorans emit. Sed si ignorans emit, quod solvendo repetere poterit, quia nulla obligatio fuit.* Confirmatur: quia idem est in contractu donationis, & quolibet alio contractu, quia similiter non valet, textus est in leg. scire debemus, Gloss. fin. infra isto tit. de verbor. obligat. textus in l. nemo rem suam, la 1. & l. nemo rem suam, la 2. text. in l. ubi autem non apparet, §. fin. eodem titul. Confirmatur etiam: quia idem est in ultima voluntate, quia res propria non potest aliquid legari, textus est in l. propriam, Cod. de legat. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, text. in §. sed si & rem, l. sit. de legat. Quod tamen intellige, quando totaliter, & pleno jure est ipsius emptoris, secus verò, si in ea sibi deficiat aliqua pars, vel jus, ut usufructus, servitus, vel possessio, quia tunc bene valet, textus est in leg. si in emptione, §. rei sua, ff. de contrab. empt. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores: textus est in l. cum rei, Cod. eodem tit. & ibi communiter Doctores, & idem disponit lex 1. §. 5. par. Et quæ alia res non possint vendi, vide late per Fabianum de Monte in tractatu emptionis, & venditionis, ad quem te remitto.

Item ultimò, & finaliter quæro, an, & quando compellatur quis vendere suam propriam rem? In quo articulo ista est regula, & conclusio generica: quod nemo in vitium compellitur, textus est in l. nec emere, Cod. de jur. deliber. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, text. in l. fin. eodem titul. textus est in l. in vitium, Cod. eodem titul. text. in l. in vitium, Cod. locat. text. in l. nec abstinere, Cod. de nutrit. text. in l. non enim, ff. veri. annot. text. in l. possessores, Cod. de iur. di. patrimon. lib. 1. r. & utrobique communiter Doctores. Quod tamen fallit in aliquibus casibus specialibus. Primus est, quando vertitur favor publicæ utilitatis, vel religionis. Nam si deficiat via publica, vel iter, ad aliquem locum publicum, vel religiosum, cogitur dominus vicinus illud præstare, & congruo & iusto pretio vendere, textus est in l. si locus, vers. fin. ff. quem admodum servitus amittatur, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, Odofred. Bartol. Paulus de Castr. Florianus, & communiter Doctores, text. in l. si quis sepulchrum, ff. de religio. & sumpt. fun. & ibi etiam communiter Doctores. Ex quo notabiliter primò infero, quod pro Ecclesia, Monasterio, Hospitali, vel alio pio loco ampliando, vel de novo erigendo, vel edificando, cogitur vicinus vendere propriam domum, vel fundum iusto pretio sibi soluto. Ita tenet Angel. in l. ff. solut. matrim. fin. colum. & ibi Bald. 2. colum. Jal. in l. 2. cod. tit. 2. colum. numero 4. Cæpol. de servituti. l. 1. c. fin. Socin. in tract. pelleniarum, in regula 435. 9. fallentia.

Secundò infero, quod si quis velit Ecclesiam, vel pium locum erigere, vel edificare in loco communi, cogitur socius partem

tem suam vendere justo pretio, & in terminis ita tenet Bald. in lib. Cod. de communi seruo marum, in fin. argumento illius textus ubi habetur, quod si duo, vel plures habent seruum communem, potest unus eorum manumittere seruum, & cogitur socius partem suam vendere favore libertatis. Ergo idem dicendum est, favore religionis. Tenet etiam & commendat Jaf. in dist. l. si quis sepulchrum. Secundus casus est ratione publicae utilitatis: nam tempore charitatis Princeps, vel dominus temporalis, vel civitas, vel Iudex ordinarius potest compellere subditos vendere frumentum, vel alia victualia, pro certo & justo pretio, ita probat textus in l. si cura carnis, ff. de offic. praefecti. Cujus verba sunt: Cura carnis ut justo pretio praebatur, ad curam praefecturae pertinet, & ibi notat & commendat Barol. Alberic. Baldus, & communiter Doctores in l. fin. ff. ad leg. Jul. de annon. probat etiam textus in l. pendente, §. si quid elocari, ff. de usufructu. & ibi notat Bald. Angel. & alii DD. tenet etiam Cyn. Bald. Salycet. & communiter Doctores in l. Cod. de Episcop. audien. Ex quo notabiliter subdeditur, & inferitur, quod eadem ratione poterit Iudex facere, & compellere; ne quis ultra necessitatem, & indignitatem emat, ut aliis res carius vendantur, vel totaliter careant praedictis rebus, & in terminis ita tenet Salycet. in dist. l. 1. C. de Episcop. audien. fin. colum. & ita practicitur in nostro regno. * Vide l. 6. tit. 3. par. 4. l. si dominus ff. de his qui sui vel alieni juris. * Tertius casus, quando dominus leverit, & cum duritia tractat seruum suum: quia ex hoc potest compelli eum vendere, textus est in §. fin. Infit. de his qui sui vel alieni jor. Cujus pulchra verba sunt: Si intolerabilis videatur servitia domino, cogatur servus suos bonis conditionibus vendere, ut pretium dominis detur. Expedire enim Reipublicae, ne res sua quis male utatur, & ibi notat & commendat Faber. Angel. Nicol. Platea, & communiter Doctores.

Ex quo inferitur, quod si dominus temporalis, vel Iudex leverit, & cum nimia asperitate tractat subditos suos, potest privari eorum jurisdictione, & potest compelli eum vendere. Et si forte essent bona Majoratus, vel prohibita alienari, saltem privaretur per tempus vitae suae, & cogeret pro illo tempore jus suum vendere, & in terminis ita tenet Guilliel. Cyn. Alber. Bald. & communiter Doctores in l. 2. ff. de his qui sui vel alieni jor. facit etiam textus in l. unica, C. etiam si quacumque praedictis potest, quem in suo casu summè notant & commendat Doctores ibi, facit etiam textus, singularis in c. si veras in fine, de rescriptis, ubi disponitur, quod propter maximam seviciam viri, fit separatio inter conjuges quoad thorum & habitationem, si per cautionem, vel satisfactionem non potest planè uxori eius cautum, quem ad hoc summè notant, & commendat ibi Doctores. Et reputat singularem, & unicum Abbas in c. 1. de officio, de quo vide ibi per eos, & per Palat. Rub. in sua repetitione fol. 43. colum.

Quartus casus est, quando quis habet aream, vel fundum in aliquo loco, & vicinus vult alicuius tollere, elevare, vel edificare aream, fundum, vel domum suam, quem habet juxta illam, aliter quod impeditur aer, vel ventus, quod non possit colligi fructus; nam tunc potest dominus, & possessor talis areae, vel fundi prohibere vicinum, ne alicuius tollat, edificent, vel opus faciat per quod impediatur aer, vel ventus justo pretio, imò adhuc

gratis, & absque pretio aliquo, textus est singularis & unicus in l. fin. §. fin. Cod. de servit. & aqua. Cujus verba sunt: Sancimus itaque nemini licere suo edificare, vel alio modo versari, ut inonem vicinum, & sufficientem ad praesentem opus infringat, & vicinilem aream dominus, & fructuum utilitatem faciat, & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria, Odofred. Cyn. Jacob Butr. Bart. Alberic. Bald. Paul. Salycet. & communiter Doctores, & reputat singularem & unicum Bart. ibi & ad hoc notat etiam Gloss. ordinaria in l. 2. ff. de servit. rustic. praed. & ibi communiter Doctores, Gloss. etiam ordinaria in l. Imperatores, eodem tit. & ibi Doctores. Et illum etiam textum reputat singularem Cypol. in tractat. de servit. c. 27. & reputat mirabilem c. 19. & ultra eos reputat singularem, & unicum, Joan. de Imol. in l. si prius, ff. de noxi oper. nunc. fin. colum. n. 4. & in l. si prius, ff. de justit. & jur. 3. colum. n. 14.

ANNOTATIONES.

Si vero fuerit sciens.] Confusè & non absque mendo loquitur in praesenti noster Gomezus, si quidem certum frequenter placitum est, quod, qui scienter rem alienam emit, nec sibi de evictione cavet, nullam actionem contra venditorem habet, nec ad pretium ipsam quod dedit recuperandum, quemadmodum rectè declarat Paul. in l. emptorem, §. ult. ad fin. ff. de ad. empt. attestantur Curt. Jun. in Lea qua, in fin. ff. de contrah. empt. Didac. & Covarruv. l. 3. resol. c. 17. col. 2. vers. ad eam, & Norsternet Gomezus diligenter. infra §. 2. n. 42. quamvis ea in re lapsus sit Aret in l. si aliquam rem col. 7. de acquir. posses.

Idem etiam adhibetur, & inferitur.] Hac de questione video omnino diligentissimum & doctissimum Arion Pinclum in rub. 2. p. 1. cum sequentibus. C. de rescriptis. vendit. ubi verè & illam explicat, & nostrum Gomezium in ordinem redigit.

Quero tamen circa praedicta.] Consulto hac de questione Tiraq. de retrat. lign. p. 50. gloss. 1. num. 2. Boet. quesi. 144. Didac. & Covarruv. l. 2. resol. c. 4. num. 9. & omnino strenuum, ac doctissimum Pinclum, in rub. 2. p. 2. n. 1. cum pluribus sequentibus, eod. de rescriptis. vendit. etiam quae nos in consilio pro viro honestissimo Salomone Dardero hac de re respodimus.

Et nota, quod non tenetur.] Adde Rip. in l. 2. n. 49. §. fol. lut. matr. facit in argum. text. in l. minor & 5. annis cui sciam commissum fidei minor & hac est verissima sententia, quam laudo in vac. sentent. thes. vers. scripturam, n. 24. ubi negatio operatum vito deest.

In quo notabilis, & utilis articulo.] Ad hunc articulum, quationem, & materiam video Hippol. sing. 82. & Chast. consuetudine Burg. rub. 11. §. Math. de Afflic. in c. 3. ex n. 31. qui successione, Didac. & Covarruv. l. 2. var. resol. c. 19. & de sponsa. par. 6. n. 9.

Quarto principaliter extendit.] Adde Tiraq. late in f. tract. de cons. 1. par. pag. 8. num. 21. & pag. 11. num. 24. ubi idem diligenter cum multis affirmat. Subtilis tamen atque utilis apprimè hac in re questio est; nam si hæc fida traditio facta sit per constitutum clausulam à venditore appositam, cum emptor esset absens, cuius nomine notarius, rem agooverit, ac receperit, & antequam emptor ipse gesta rata haberet, venditor alii rem eandem distaxerit, ac verè tradiderit, uter praeteri debeat, & certius acceptusque est, posteriorem, cui verè res est tradita, praeteri omnino debere rectè existimaverunt Dec. in l. contractus, num. 22. ff. de reg. jur. & in conf. 226. Cur. Jun. conf. 55. num. 9. Bertrand. conf. 304. l. 5. Ant. Rub. conf. 332. & qui communem sententiam affirmat Cagon. in l. quo tutela §. ult. ad fin. ff. de re jud. Nec quicquam obstat & Notarium abienti posse querere & venditori integrum, liberumque non esse, quod gestit, retractandi, quia diversi omnino sunt termini, ut cuius rem diligentiùs inspicientem constabit, quamvis noviculis non proleatarij juris interpretes eam in re dormitasse videantur.

Ita tenet solus Jafon.] Tenet etiam Socin. & qui cum g. refert Marc. Mant. de solvend. argum. vers. aliud dicimus pag. 301.

h. Et in §. actionum. 6. col.] Adde Holtiens in c. cam dilecti, vers. enim ubi etiam Henric. extra de emp. & vendit. & est res extra omnem disputationem aleam.

1. Potest valere.] Cordatè satis ac prudenter loquitur noster Gomezus in praesenti. Nec enim contractus à principio valet, quantumvis utilis minori preponatur, sed tamen minore id exigente status viribus, circumscripti, ac stabiliti potest, et contra multos cum multis receptum affirmo in recept. sent. thes. vers. minores, n. 182.

1. Si vero ipse emptor.] Hanc Gomezii sententiam carpit diligentissimum Pinclum, Post Didac. à Covarruv. quem ipse laudat in l. 2. c. 1. num. 39. par. 2. C. de rescrip. non. Sed certe, si terminis, alienantis à dispendente se creveris, non parùm æquitas cum nostro Gomezio faciet, quam aliò rapit doctissimus & acutissimus Pinclus. Video autem ad omnes subsequentes quæstiones eundem Pinclum in illis laboratissimis commentariis, ubi hanc omnem materiam subtiliter doctè ac diligenter ita tractavit, explicavit, & enucleavit, ut nihil penitus addi, diminui possit.

m. De modis pretii vel quod emptor.] Video hac de re Matth. de Afflic. deci. 140. n. 17. & de ff. 6. §. & Aym. Crav. conf. 116. n. 8. & quæ ipse breviter perstringo in recept. sent. thesaur. vers. venditionis contractus n. 2.

n. Item etiam inferitur, quod licet venditor.] Adde utrumque Imol. in l. si cum datum, §. ultimo, §. solut. matrim. Fab. de pign. par. 5. memb. 2. num. 8. & video quæ obferro in recept. sent. thes. vers. creditor ex mercium venditione, 324.

o. Ex quo primo inferitur quod in contractu.] Adde Cur. Jun. conf. 178. n. 17. Tiraq. de cons. 2. par. num. 6. Virium l. 1. oppos. 80. & intellige vanam subtilitatem esse omnino hanc differentiam ab interpretibus commentam. Cur enim qui promittit se donaturum, gravitè, duritèque devinctus, quam qui statim rem donavit, hæc de re alibi oportunitè & copiosè.

p. Taliter non dura, & damnosa.] Adde præterea quod licet venditio sit rem plurium diversarum, & diversis etiam pretiis inita, si tamen liquidè constituerit, non aliter, nec aliàs contra, dum illam celebratorem fuisse contractales, quæ si totus suis omnibus partibus constaret ac de rebis omnibus casus referendatur, si postea aliqua ex parte aliquo casu referendatur, & in alia parte omnino exaleat, altero contrahentium ejus interest, postulat, ut rationi consentaneum apprimè sentio & commune interpretum placitum affirmare austin ex Accor & ceteris interpretibus per illum text. in l. rator, §. 1. ff. de minor. Ex eodem Accor. & interpretibus per text. plurimum conferentem in l. si quis aliam ff. de sol. & in l. si duos ff. de contrah. emp. & in l. ejusdem, ff. de ad. cult. ex Dec. conf. 42. n. 3. & 4. Aym. Cavet. conf. 202. num. 23. & consil. 446. num. 3. Tiraquell. plures laudante de retrat. lign. §. 13. gloss. 1. num. 3. Carol. Molina. in consuet. Parisiens. §. 2. quæst. 9. n. 44. & ex gravissimò, ac doctissimò Pinclò, ad l. 2. 1. par. c. 4. num. 1. C. de rescrip. vendit. & ita nos quoque in factò pro viro honestissimo Salomone Dardero consulimus.

q. Si vero emptor fuerit sciens, non agit.] Vereor ne certior, & probabilior sit Angeli opinio, ac noster Gomezus fallatur, quippe quia non video cur in praesenti specie diversam jus statendum sit atque in illa, cum quis rem alienam scienter emit, in qua proculdubio, nec ad pretium actionem ullam contra venditorem habet, ut late supra cum eodem Gomezio resolvit annot. 1. i. fin. nec e. nec Bartol. auctoritatè quicquam ob futuram reor, aliò enim spectat.

r. Secundus casus est, ratione publicae utilitatis.] Adde Didac. à Covarruv. l. 1. resol. cap. 14. Franc. Vivium l. 1. op. 433. quos laudo in recept. sent. thesaur. vers. vendere, num. 13. ubi & hunc Gomezii nostri locum cito, est scriptura numerorum mendo scateat. Et intellige enim qui ploris confictio à magistratibus pretio venderit utroque foro, tum conscientia, tum iudicio, iudicis officio obediendo, teneri emptori ad id quod magistratum definitionem excurrit, ut resolvit Didac. à Covarruv. ubi supra num. 3. Medin. de rescript. quæst. 7. art. pro quibus facit, quia id quod ultra pretium à lege praescriptum accipitur, & jure indebitum censetur, & idcirco tum repeti potest, tum restitui debet, l. si non forem ff. de condit. in deb. §. ult. C. de usur. Facit item: quia cum acceptio est illicita, est praestatio fuerit licita, locus justæ & effraci repetitioni patet juxta Gloss. singulari, & communiter receptam teste Abb. ibidem ad fin. c. dilectus in l. de Simon. Conferunt denique ad hanc eandem sententiam stabilendam, quæ tradit Dec. & alii per textum in l. invidiosus, §. quod cuique ff. de reg. jur.

ADDITIONES
SUMMARIUM.

1. Doctores materiam explicantes referuntur.
2. Quid requiratur ad emptionem, & venditionem, & an habens mandatum ad vendendum possit pretium recipere?
3. Venditio an possit contrahi inter patrem, & filium?
4. Quid si patrem, & bona fide contraham?
5. Venditio valet inter virum & uxorem.
6. An creditor possit emere bona debitoris in quibus sit executio?
7. Bona presentia, & futura, an quis possit vendere?
8. Hypotheca generalis comprehendit futura.
9. Actiones an transeant in emptorem hereditario?
10. Si creditores incipiant agere contra emptorem an possit regredi contra venditorem?
11. An hodie emptor hereditatis possit conveniri?
12. Spes fideicommissi, vel majoratus, an possit vendi?
13. Actiones an possint vendi?
14. An exceptiones qua poterant opponi venditori, possint emptori opponi?
15. Compensatio an possit illi opponi?
16. Quid si venditio, vel cessio fiat potentiori?
17. An res qua non existit in rerum natura possit vendi, & quid de captiva piscium, & censu virginitatis?
18. Quid de fructibus ante collectionem?
19. Explicatio l. 17. titul. 11. lib. 5. Recopilationis.
20. Gubella ex dicta venditione quando debentur?
21. Rem alienam an quis possit vendere vel emere, & de emente rem majoratus bona fide, vel fideicommissi subjactam, vel censui obligatam.
22. An emens scienter rem alienam se vincatur possit pretium recipere?
23. Vendens rem alienam scienter, tenetur fructus.
24. An valeat venditio sine pretio determinato?
25. Qua probatio requiratur ad probandam venditionem?
26. Quid de venditione facta eo pretio, quo partes conveniunt?
27. Si interveniat pretium & aliqua res ex parte emptoris, an sit venditio?
28. Fructus rei venditæ ad quem pertineant? & de text. in leg. curabit, Cod. de action. empti.
29. Quid de pensionibus?
30. Vendens simpliciter reus, quid videtur vendere?
31. Donum vendens an videatur vendere ei accessorium?
32. Ancilla venditæ an videatur venditæ partem?
33. Quid si pignori detur? & alia.
34. Partus an sit pars maris?
35. De evictione partus?
36. Lupam lactantem catulos capiens unum tantum premium consequitur.